

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Eucharistia i  
cum fonte primo

Liquet quia preter nature ordinem uirgo generauit,  
et hoc quod conficimus corpus ex uirgine est.  
Quid queris nature ordinem in Christi corpore  
cum preter naturam sit ipse partus ex uirgine?

Ambrosius ibidem (de sacramentis libro I.).

Liquet igitur, quod praeter naturae ordinem virgo generavit.  
Et hoc quod conficimus corpus ex virgine est.  
Quid hic quaeris naturae ordinem in Christi corpore,  
cum praeter naturam sit ipse dominus Jesus partus ex virgine?

Ambrosius Mediolanensis, *De mysteriis*, 9.53  
(CSEL 73, O. Faller ed., p.112, ll.49-52).